Dei in alium metuit. magis ergo et maiora ponat ut dum
illic esse conspiciat. et amplius quod diligat. et amplius
quod pertimescat hic omnino non hereat. Ad hec agenda
habemus mediatorem dei et hominum adiutorem nostrum.
per quem cunctis cuncta obtinebimus. si ad illum vero amo-
re flagramus. Qui vivit et regnat deus etc.

**Beatus Bernhardus hec sequentia ponit in libro qui dicitur Speculum peccatoris**

Dicit enim beatus Bernhardus in tractatu suo qui dicitur
Speculum peccatoris. Sit lector attende. Quid enim
est in omni sciencia quod hominem provocet facilius ad sui
custodiam. ad omnem iusticiam compellendam. ad sancti-
tatem et amorem dei perficiendum. quam sue corrupcionis con-
sideratio. et sue mortalitatis certa cognitio. Pos-
tremo tremende mortis sue recordacio. Etenim
~~homo~~ hoc modo fit homo non homo. Hoc est quan-
do egrotescit egrotudo egritudo crescit. pector
expauescit. cor contremiscit. caput constupes-
cit. sensus euanescit. virtus grauescit. vultus
pallescat. facies nigrescit. oculus tenebrescit.
auris surdescit. nasus putrescit. lingwa fa-
tescit. os obmutescit. corpus tabescit. caro
marcescit. Tunc carnis pulchritudo fetor effi-
citur et putredo. Tunc homo soluitur in cinere et
vermem. Ecce satis horride spectaculum. Sed est ni-
mis utile speculum. quoniam nulla artis medi-
cina. nullaque doctrina sic superat superbiam. nec
sic vincit maliciam. nec sic extinguit libidinem.
nec sic calcat mundi vanitatem. sicut huiusmodi
horrende mortis recordacio. Ergo utinam

Qualiter enim
homo propter sui
custodiam debet
cogitare de sua
corrupcione et
miseria [falsa]
mortis et ex-
tremi iudicii